



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

De quarto modo per modum Redemptionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

nam? Respondeo, secundum naturam humanam ratio est, quia si consideremus Diuinitatem, non habet superiorē, cui possit offerri sacrificium, quatenus humanitas efficaciam & valorem sacrificii recipiat a Diuinitate, à qua, tanquam ab unguento sacerdotum, notat Valquez, *humanitas ungitur, sanctificatur & digna redditur tanto munere.* Ad eundem modum proprium est Christi, esse Mediatorem in quantum est homo, qui tamen simul Deus erat: quia, ut homo, sacrificabat, &, ut Deus, satisfactioni dabat valorem & dignitatem insipientem.

Vasq. disp.
83. c. 2. in 3.
p.

Secundum dubium. Christus non occidit seipsum ergo non fuit Sacerdos. Respondetur, quod seipsum non occidit, at tamen mortem suam accepit, eamque voluntarie obrulit Patri in sacrificium pro nobis, *Oblatus est, quia ipse voluit.* Nec propterea Martyres etiam Sacerdotes dicendi sunt: primo, quia fuerunt voluntarii in moriendo, quemadmodum Christus, qui etiam existens in Cruce poterat non mori, noluisse: secundo, Sancti Martyres moriebantur propter fidem Christi, & propter propria peccata: Christus propter peccata aliorum & totius Mundi: tertio, Christus fuit consecratus, constitutus & vnctus Sacerdos a Patre aeterno per Diuinitatem, ut fungeretur officio pro Mundi redemptione (quod non competit aliis) tyribus) ergo esse sacerdotem per propriam mortem causare nostram salutem *per modum sacrificii, proprium solius Christi.* Et hæc de tertio modo operatur *per modum sacrificii.*

Isa. 53.

De quarto modo,

Per modum Redemptionis.

Redimere proprie significat liberare seivum a potestate alterius, aut pristinae libertati restituere, quod mancipium: quod excellentissimè præstitit Christus Dominus noster. Quia per sanguinem suum plenariè satisfecit Diuinae iustitiae, nos omnes, totosque seruos & mancipia e Dæmonis eripuit potestate.

quod Deum haberet supra nos proprium dominium; quia à Deo obtinuerat potestatem puniendi hominem, cumque deducendi ad infernum.

Hæc Redemptio tam liberalis ex parte Christi, tamque liberalis ex parte nostra, commendatur admodum & illustratur à sacra Scriptura. *Non corruptibilibus auro, argento redempti estis: sed pretioso Sanguine quasi agni immaculati Christi. Empti enim estis pretio magno: Operate Deum in corpore vestro.* Verum, si quis insistere velit proprietati verborum, aliud est *emere*, aliud *redimere*. *Emere* est comparare dominium alicuius mediante aliquo pretio: *redimere* est de novo comparare dominium rei primò possessæ, sed per quam occasionem amissæ & deperditæ. Iam, post hæc explicatione, *Christus redemit, & emit: redemit, 3. Deus: emit, ut homo.* Quia in quantum Deus de novo comparavit, & rursus acquisiuit sibi ius antiquum in caritate, quod in nos habebat: at in quantum homo nouum ius & dominium supra nos acquisiuit. Quia dicitur in Psalmo: *Postula à me, & dabo tibi generositatem tuam.*

Sed, quomodo & quando Christus Dominus noster Redemptoris officium exercuerit, videamus. Christus non duntaxat Redemptor fuit patièdo & morièdo pro nobis in Cruce, sed à principio quoque conceptionis sue, & in omnibus operationibus vitæ suæ usque ad mortem. Etenim omnes & singulæ Christi operationes gratissimæ erant Patri æterno, & quæ libet sufficiens causa pro nostra redemptione: esto pretium totale & completum non nisi in Cruce solutum fuerit, iuxta Dicitur in Psalmo: *Nonne oportuit pati Christum, & ita resurreare in gloriam suam.*

Luc. 24.

De quinto & ultimo modo,

Per modum efficientiæ.

Officio Christi non solum salutis nostræ extitit causa moraliter & meritorie, in quantum suo merito motus voluntatem Dei ad dandam nobis efficientiæ gratiam;

Suarez disp. 11. sect. 9.

d 3